TTI


MANOSCRITTI
Magl
XII
10

D 10.

SEZIONE MAGLIABECHIANA
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE
Mss
Magl.
Classe
XII
Codice
10
Provenienza
Magliabechi

XII
THEOPHR
de Sens. Int.
SANTVC

XII, 10

Serenissimo Francisco Mediceo magno Hetruriæ Principi
Iulius Sanctucius Lucensis S. P. D.

Tua eximia, et singularis virtus serenissime Princeps ita in omnibus rebus semper aparuit, ut non tantùm omnes tibi subiecti populi, sed exteræ quoq; nationes eam magnoperè admirentur, atq; colant. qua ipse quoq; ualdè affectus continere me non potui, quin aliqua ex parte animum meum celsitudini tuæ deditissimum ostenderem; nam cum plures annos uersatus sim in nobilissimo gymnasio Pisano, et audiuerim multos homines in omni scientiarum genere peritissimos, in Medicina doctissimum Vidum Vidium, nec non Michaelem Angelum Angelium medicorum suæ ætatis facilè principem, et in Philosophia Flaminium Nobilium ciuem meum, ab ijs didici non solùm latinos, sed etiam græcos autores euoluere. quare cum præ manibus haberem Theophrasti opusculum, idquè per utile, ac ualdè necessarium philosophiam profitentibus esse cognoscerem, illud è græco in latinum transtuli, quod à nemine factum fuit ob hanc fortè causam, quoniam sunt plura loca, ex quibus autoris sententia uix extrahi potest, desunt enim multa uerba multis in locis, et sæpè adduntur quædam, quæ apponi non debere uidebantur; sunt etiam sæpè transpositæ integræ ferè sententiæ, quæ quidem ab homine non solùm græcarum literarum eruditissimo, sed etiam obscurissimorum philosophiæ

dogmatum peritissimo uiro intelligi possunt. haec igitur omnia pro meis uiribus diligenter obseruaui, in quibus et si legentibus non omnino satisfecerim, quod difficillimum esse uidetur, multum tamen mihi in hac iuuenili ætate profecisse uidebor, si non nulla obscurissima loca aperuero. cupiens igitur serenissime princeps meis laboribus ex tuo nomine, quod splendoris plenissimum est, aliquid lucis afferre, pro singulari tua humanitate hos libenter accipias, rogo, quo nihil mihi gratius, nihil iucundius unquam accidere poterit. vale.

Theophrasti de sensu

De sensu autem quæ quidem multos sectatores habent, et communes opiniones duæ sunt. etenim aliæ similitudine faciunt, aliæ uero contrarietate. Parmenides quidem, et empedocles, et Plato similitudine. Anaxagoras, et Heraclitus contrarietate. uerisimilitudinem autem acceperunt, si quidem, quoniam plurima alia per similitudinem considerantur, et quoniam innatum est omnibus sensibus sibi cognata cognoscere. præterea quoniam sentire fit effluxu, simile autem fertur ad simile. illi existimantes sensum fieri alteratione, et simile non pati à simili, sed contrarium esse patibile, in hanc partem suam sententiam inclinarunt. attestari putant et id, quod in tactu euenit. quod enim calidum, aut frigidum similiter, atque caro est, non facit sensum. uniuersè igitur de sensu hæ opiniones

circumferuntur. quòd si de unaquaque harum opinionum quæras, hi quidem ferè deficiunt. empedocles conatur et has referre in similitudinem. Parmenides enim nihil omninò determinauit, sed solùm illud, quòd duobus existentibus principijs secundum illud, quod excedit, est cognitio. pro excessu enim caloris, aut frigoris diuersam fieri cognitionem. meliorem autem, et puriorem esse illam, quæ fit ex calore. uerumenimuerò et hanc indigere quadam proportione. vt enim unicuiq; (inquit) se habet temperies membrorum multiformium, ita mens hominibus adfuit. natura enim membrorum hominibus, et omnibus, et in uniuersum est id, quod intelligit, maior enim est cognitio, nam sentire, et intelligere tanquàm idem dicit; quare et memoriam, et obliuionem ab his fieri propter temperiem.

si uerò

si uerò sint æquales mistione, utrùm erit intelligere, an non, et quæ nam dispositio, adhûc non explicauit. quòd autem non contrarietate secundum se facit sensum, manifestum, in quibus dicit cadauer non sentire lucem, et calidum, et uocem propter defectum ignis, sed sentire frigus, silentium, et contraria. et uniuersaliter omne ens habere aliquam cognitionem. ita igitur uidetur tollere contingentes difficultates propter cognitionem: Plato magis sigillatim egit de ijs, non tamen dixit de omnibus, sed solùm de auditu, et uisu, ignique uisum tribuit. quare et colorem esse fulgorem à corporibus habentem partes proportione quadam respondentes uisui tanquàm facto effluxu. oportet igitur inter se congruere id, quod exit, quousq; coniungatur cum effluxu,

3

et ita nos uidere, tanquàm in medium ponens suam ipsius opinionem intermediam interijciens inter eos, qui dicunt uisum irruere, et eos, qui dicunt à rebus uisibilibus ferri ad ipsum. auditum uerò per uocem diffinit. uocem enim dicit esse percussionem cerebri, et sanguinis ab aere per aures usque ad animam. motum uerò ab hac à capite usque ad hepar esse auditum. de olfactu autem, et gustu, et tactu nihilominùs dixit, neque si præter hos alij quidam sint, sed exquisitius tractat sensibilia. empedocles autem de omnibus simili modo dicit, et inquit unumquemq; sentire, eò quòd poris congruat. quare et non posse inter se iudicare, quoniam alij quidem sunt pori magis fluentes, alij uerò sunt magis tensi ad sensibile. tanquàm hęc quidem non tangentia minimè sufficere, illa uerò nequè ingredi omninò queant. conatur et de uisu dicere, qualis sit. dicit enim, quod est in ipso, esse ignem, quod uerò circa ipsum, terram, et aerem. per quæ id, quod transit, tenue quiddam est, quemadmodum lumen in laternis. meatus autem uicissim constitui ab igne, et aqua. quorum his quidem, qui ad ignem pertinent, alba, his uerò, qui ad aquam, nigra cognoscantur, utrisque enim utraque congruere. ferri autem colores ad uisum effluxu, componi uerò non simili modo, sed eos, qui ex oppositis, et his, quidem in medio, his uerò extrà esse ignem. quare et animalium alia quidem interdiù, alia uerò nocte acutius uidere. quacunque igitur

habent minus ignis, interdiu (lumen enim internum ab externo expleri) quæcunq; autem contrario modo se habent, noctu. repletur enim et his, quod deest. in contrarijs autem utrunque. obtusè enim uidere, et quibus excedit ignis auctus per diem, ut illinat, et comprehendat poros aquæ. quibus autem aqua excedit, hoc idem fieri per noctem. comprehendi enim ignem ab aqua, quousq; his quidem à lumine externo secernatur aqua, his uerò ab aere ignis. utrunque enim curationem esse contrarium. optimè temperari, et eam optimam esse, quæ ex utrisque æqualibus componitur. et de uisu ferè hæc dixit. auditum fieri à sonis externis, quando enim à uoce mouetur, sonat intus: auditum enim esse tanquàm tintinnabulum æqualium sonorum, quem appellat surculum carneum, aerem uerò motum percutere in partes solidas, et sonum edere. olfactum uero fieri inspiratione. quare et eos maximè olfacere, quibus est uehementissimus motus anhelitus. odorem uerò plurimum effluere à rebus tenuibus, et leuibus. de gustu, et tactu non determinat sigillatim, neque quomodò, neque per quæ fiunt, præterquàm uniuersè sensum fieri, eoquòd congruunt pori. delectari similibus secundum partem, et secundum temperiem, malè autem affici à contrarijs. similiter dicit et de prudentia, et ignoratione, sapere enim esse per similia, ignorare uerò per dissimilia, tanquàm aut idem, aut similis sit sensui prudentia.

nam ubi enumerauit, quòd unumquodque
unoquoque cognoscimus, postremò addidit,
quòd ex his omnia, quæ congruunt, com-
pacta sunt, et his intelligunt, lætantur,
et tristantur; quare et intelligere maxi-
mè sanguine, in hoc enim præcipuè tem-
perata sunt elementa partium. quibus-
cunque igitur æqualia, et similia mista
sunt, et non ex multo interuallo, neq;
parua, nec magnitudine excedentia,
hos sapientissimos esse, et exactissimos
secundum sensus; secundum rationem
uerò et eos esse horum propinquissimos,
quibuscunque autem contrario modo, ma-
ximè insipientes. et quorum quidem la-
xa, et rara ponuntur principia segnes,
et lassitudinem sentientes. quorum autem

densa

densa, et secundum parua contrita, tales
esse celeres, et ueloces, et multa aggredi-
entes pauca perficere propter celeritatem
motus ipsius sanguinis. quibus secundum
unam quandam partem media temperi-
es est, hos singulos esse sapientes. qua-
re hos quidem bonos oratores, illos uerò
artifices, tanquàm his quidem in manibus,
illis uerò in lingua insit temperies. si-
mili modo se habere et secundum alias po-
tentias. empedocles igitur arbitratur ita
fieri sensum, et intelligentiam. dubitans
ex ijs, quæ dicit; primùm quid differant ani-
mata ab alijs in ipso sentire, nam congru-
unt et pori inanimatorum. omninò enim
facit mistionem proportione meatuum.
quare oleum quidem, et aqua non miscen-
tur, sed alij humores, et circa quot iam

enumerantur secundum proprias temperies.
quare omnia sentient, et idem erit mis-
tio, et sensus, et augmentum; omnia enim
facit proportione meatuum, nisi accesserit
aliqua differentia. deinde in ipsis anima-
tis, cur potius sentiretur ignis in ani-
mali existens, quàm qui extrà. siquidem
congruunt interse. inest enim proportio,
et similitudo. præterea necesse est habere
aliquam differentiam, siquidem ipsum non
potest compellere meatus, sed ingressum
extrinsecus. quare si similitudo sit tota
in toto, non erit sensus. Amplius utrùm
meatus uacui sunt, aut pleni? nam si
uacui sint, contingit differre interse. di-
cit enim non esse omninò uacuum. si
autem sint pleni, semper animalia sentirent.
manifestum enim est, quod simile congruit,
quem-

quemadmodum dicit. Atquî si quis etiam du-
bitaret hoc idem, an possibile sit tot ma-
gnitudines fieri rerum dissimilarium, ut con-
gruant; nam præsertim contingit, quemad-
modum inquit, uisus, quorum est propor-
tionata temperies, interdum quidem abigne,
interdùm uerò ab aere meatibus oppletis
lebetari. si igitur est et horum proportio,
et pleni meatus, quomodo sentiuntur ea,
quæ sunt eiusdem generis, et quomodo
hæc in mentem ueniunt? oportet enim as-
signare aliquam transmutationem. quare
omninò habet difficultatem. aut enim ne-
cesse est ponere uacuum, aut semper ani-
malia sentire omnia, aut id quod est con-
natum non congruere, neque qualitate af-
ficere sensum non habens propriam trans-

mutationem qualitate affectis. præterea et si non congruat simile, sed tantùm tangat quauis parte, rationabile est sensum fieri. Eis enim duobus tribuit cognitionem tùm similitudini, tùm tactui. quare et congruere dixit. quoniam si minus tangatur à maioribus erit sensus. omnino quidem secundum illum tollitur etiam similitudo, sed solùm sufficit proportio. ob Eoc enim non sentiunt, inquit interse, quoniam Eabent meatus improportionatos. si sit simile, aut dissimile id, quod effluit, adEuc non determinauit. quare uel non fiat sensus similitudine, uel non fiat propter aliquam improportionem illius rei, quam iudicant, necesse est omnes sensus, et omnia sensibilia eandem Eabere naturam. verum enimuero neque assignat manifestè uoluptatem, et dolorem, faciens quidem lætari similibus, tristari uerò contrarijs, esse enim inimica. quare plurimum abinuicem distant tùm genere, tùm temperie, tùm formis exquisitis. sensus enim quosdam uel cum sensu faciunt uoluptatem, et dolorem. quare non fit omnibus similibus. præterea si connata maximè faciunt uoluptatem in tactu, quemadmodum dicit, connata rursus maximè lætarentur, et omninò sentirent. propter Eæc enim facit sensum, et uoluptatem. atqui sæpenumerò sentientes dolore afficimur secundum eundem sensum, ut Anaxagoras semper dicit; omnem enim sensum esse cum dolore. præterea in Eis, qui fiunt secundum magnitudinem; contingit enim

similitudine fieri cognitionem; quando ex igne, et contrario constituit uisum, quomodo album, et nigrum, fuscum, et alios colores poterit cognoscere per similitudinem? neque enim ignis, nec aquæ poris, neque ex ambobus facit alios communes. uidemus autem non minus hos, quàm simplices. absurdum autem, quód hæc quidem interdiû, hæc ueró noctû magis uideant. nam minor ignis à maiori corrumpitur. quare ad solem omninó purum non possumus intueri; ita ut quicunque lumine magis indigerent, oportebat minus uidere interdiû, siquidem simile adauget, quemadmodum dicit. contrarium ueró corrumpit, et prohibet. alba quidem potius oportebat omnes uidere interdiû tùm his, quibus minus

minus, tùm his, quibus maius lumen inest. nigra ueró noctû. nunc autem omnes omnia interdiû magis uident præter pauca animalia. his autem rationabile est hoc posse ignem proprium, quemadmodum nonnulla colore splendent magis noctû. præterea quibus temperies est ex æqualibus, necesse est simul augeri utrunq; secundum partem. quare si excedens prohibet alterum uidere, omnium esset similis quodammodo dispositio. sed has quidem passiones uisus difficilius erit distinguere, has ueró, quæ pertinent ad alios sensus, quomodo iudicamus per similitudinem? simile enim est indefinitum; neque enim sono sonum, neque olfactu olfactum, neque alijs similaribus, sed potius, ut ita dicam, contrarijs. oportet enim impatibilem sensum admittere. sono autem existente in auribus,

aut sapore in gustu, aut odore in olfactu, omnes fiunt leuiores, quanto magis sunt pleni rerum similium; nisi aliqua distinctio de his afferatur. praterea circa effluxum, quamuis non est dictum sufficienter, circa alios quidem nihilominus est aliquo modo opinandum; circa tactum uero, atque gustum, non facile. quomodo enim effluxu iudicamus, aut quomodo congruit meatibus asperum, et leue? uidetur enim ignem solum elementorum effluere, ex alijs nullum. Amplius si corruptio fiat propter effluxum (quo quidem utitur communissimo signo) et contingat olfactum effluxu fieri, ea, quæ habent plurimum olfactum, celerrimè oportet corrumpi. nunc ferè contrario modo se habent; plantæ enim maximè odoratæ ducunt uitam

tam longissimam caterarum. contingit et in amicitia non esse sensum omninò, uel remissum, propterea quòd coagmentetur, nec effluat. sed circa auditum, quando assignat fieri sonis externis. absurdum est putare esse manifestum, quomodo audiunt id, quod intus fecit sonum, quemadmodum tintinnabula. præter hæc quamobrem eo sonante per illa audimus? hoc enim ipsum quærendum relinquunt. absurdè enim hoc dixit circa olfactum; etenim primùm non assignauit communem causam. nonnulla enim eorum, quæ olfaciunt, omninò non respirant. deindè maximè odorari plurimum attrahentes, fatuum: nulla enim utilitas, nisi sensus sit sanus, aut nisi aliquo modo cognoscat. multis contingit repletos esse, et nihil omnio

nó sentire. adhac difficulter respirantes, et laborantes, et dormientes olfaciunt; plurimum enim aerem attrahunt. nunc contrarium contingit; non enim fortasse secundum se respirare est causa olfactus, sed secundum accidens, quemadmodum testatur ex alijs animantibus, et per alias dictas passiones tanquàm hac existente causa, et rursus postremò dixit tanquàm subscribens. sic igitur omnia sortita sunt spiritus, et olfactus; neque est verum, maximè olfacere levia, sed iam olfactum inesse. aer enim, et ignis levissima quidem non faciunt sensum olfactus. similiter aliquis et circa prudentiam dubitaret, si enim facit sensum earundem rerum, omnia etiam prudentiam participabunt, simile enim non alteratur à simili. intelligere autem ipso sanguine est omninò absurdum. multa enim animalia exanguia

guia sunt, et exanguium partes circa sensus sunt maximè exangues. praterea et os, et capillus sentiret. quoniam igitur constat ex omnibus elementis, et contingit idem esse intelligere, et sentire, et latari, et tristari, et ignorare, ambo enim facit dissimilibus. quare simul cum ignoratione oportebat fieri dolorem, et cum intellectione voluptatem. absurdum est et potentias singulis innasci propter temperiem sanguinis, qui est in partibus, tanquàm lingua sit causa rectè dicendi, manus componendi, sed non habentia ordinem instrumenti. quare aliquis potius assignabit causam formæ, aut temperiei sanguinis, quæ sunt sine intellectu. ita enim se habet et in alijs animalibus; empedocles igitur videtur in multis errare. eorum autem, qui

non faciunt sensum per similitudinem, Alcmeon primùm distinguit differentiam circa animalia, dicit enim hominem differre ab alijs, quòd solum intelligat. alia verò sentiunt, non autem intelligunt, tanquam alterum sit intelligere, et sentire, neque sunt idem, quemadmodum Empedocles. deinde de unoquoque dicit. audire igitur, inquit, auribus, quoniam vacuum inest in ipsis. hoc enim est sonare, concavo sonum edere, et aerem contrà resonare. olfacere naribus est unà respirando attrahere spiritum ad cerebrum. lingua sapores iudicare, cum enim tepida sit, et mollis, colliquare caliditate: suscipere autem, et reddere propter raritatem mollitiei; oculos videre propter aquam, quæ est circa eos, quòd autem habeant ignem, manifestum esse; percussis enim fulgere: videre lucido, et transparenti, quando splendet, et quantò

quantò purius sit, magis, omnesque sensus quodammodò connecti cerebro. quare et repleri eo moto, et locum transmutante; appraehendere enim poros, per quos fiunt sensus. de tactu non dixit, neque quomodò, neque quo fiat. Alcmeon igitur hucusque determinauit. Anaxagoras dicit fieri contrarijs; similes enim non pati à simili, et unumquemque conatur enumerare. videre enim emphasi pupilla, et non repræsentari in similem colorem, sed in differentem; et multis quidem interdiù, nonnullis verò noctù esse diversum colorem. acutè autem videre, et simpliciter noctem esse magis concolorem oculis. repræsentari verò interdiù, quoniam lumen est concausa manifestationis, et colorem excedentem magis in alterum emphasim facere: eodem modo et tactum, et gustum iudicare. calidum enim

similiter, et frigidum neque calefacere, neque
frigefacere prope accedens, neque dulce, et acu-
tum per ipsa cognoscere, sed calido quidem
frigidum, amaro potabile, acuto dulce secun-
dum uniuscuiusque defectum. omnia enim
insunt in nobis. similiter et olfacere, et au-
dire, hoc quidem simul cum respiratione,
hoc uero quia pertingat sonus usque ad ce-
rebrum. os enim ambiens esse causam, ut
in ipsum cadat sonus. omnem autem sen-
sum esse cum dolore, quod uidetur esse con-
sentaneum hypothesi. omne enim dissimile
tactum dolorem facit. manifestum hoc et mul-
titudine somni, et sensibilium excessu. colo-
res enim lucidos, et excedentes sonos dolo-
re afficere, et non posse multum temporis in ip-
sis permanere. maiora animalia esse magis
sentientia, et simpliciter esse sensum secun-
dum

dum magnitudinem. quaecunque enim magnos,
et puros, et conspicuos oculos habent, ma-
gna, et longinqua uidere; quaecunque autem
paruos, contrario modo. similiter et de au-
ditu. magna enim audire magna, et longe dis-
tantia, minora uero latere, parua autem
parua, et propinqua. et de olfactu similiter.
fragrare enim magis aerem tenuem; calefac-
tum enim, et rarefactum olere. et magnum
animal respirans simul cum raro densum
quoque attrahere; paruum autem ipsum ra-
rum. quare magna magis sentire: olfactum
enim magis propinqua, quam longinqua sen-
tire, propterea quod ea sint densiora, et dis-
sipatum esse imbecillem; et fere (ut ita dicam)
magna quidem non sentire tenuem aerem, nec
parua densum. facere igitur sensum contra-

rijs, habet quandam rationem, quemadmodum dictum est. uidetur enim alteratio non esse à simili, sed à contrario. atqui quod sensus ~~sit alteratio~~ indiget fide. neque enim contrarium est iudicatorium contrarij, et falsum est omnem sensum esse cum dolore, neque iudicio assentitur; alia enim sunt cum uoluptate, plurima uero sine dolore. neque ijs, qua sunt rationabilia; sensus enim secundum naturam est. nihil autem natura est uiolenter, et cum dolore, sed potius cum uoluptate; quod euenire uidetur, sæpe enim plura scimus, et ipsi expetimus sentire unumquodq; sine desiderio. præterea quoniam uoluptas, et dolor fit propter sensum, et omne naturâ tendit ad melius, quemadmodum scientia potius erit cum uoluptate, quàm cum

dolore

dolore, et simpliciter neque intelligere est cum dolore, neq; sentire; utrunque enim habet eandem rationem ad eundem usum. attamen neque sensuum excessus, ac temporis longitudo, neq; unum signum est, quod sit cum dolore, sed potius sensus ad sensibile se habet tanquam in proportione, et actione quadam. quare id quod deficit, æqualiter est insensibile, et quod excedit, facit dolorem, et corrumpit. contingit igitur quod est secundum naturam considerare ex eo, quod est præter naturam; excessus enim est præter naturam. quoniam in nonnullis manifestum est, et confessum interdum tristari, quemadmodum et lætari. quare non magis propter hoc est cum dolore, quàm cum uoluptate; sed forte cum neutro secundum ueritatem. neque enim posset iudicare,

quemadmodum nequé mens assidué est cum
dolore, aut cum uoluptate. sed hoc quidem
à paruo principio ad omnem sensum trans-
tulit; quando dicit maiora magis sentire;
et simpliciter secundum magnitudinem orga-
norum sensus esse sensum, alterum quidem
ipsorum habet aliquam dubitationem, quemad-
modum utrùm parua magis, quàm magna
animalia sint sensitiua. uidetur enim non
latere parua esse sensus exactioris, et si-
mul non irrationale est minora etiam posse iu-
dicare maiora. simul quoquè uidetur circa
nonnullos sensus parua melius se habere,
quàm magna. quare hac quidem ratione dete-
rior est sensus maiorum. sed si uideatur
parua animalia plura latere, quàm magna,
quemadmodum soricès et coloves, melior est maiorum.
pariter est rationi consonum totam corporis
temperiem

temperiem simili modo se habere, ac ea, quæ
circa sensus. de hoc igitur, quemadmodum
dictum est, quispiàm dubitabit, si forte ita
dicere oporteat. non enim in similibus
generibus est determinatum secundum ma-
gnitudinem, sed potissimùm dispositio corpo-
ris, et temperies. referre autem proportio-
nem sensibilium ad magnitudines, uidetur
simili modo dicere, ac Empedocles. con-
gruere enim meatibus, sensum facit, præ-
terquàm in olfactu proprium contingit. ete-
nim dicit tenuem aerem potius grauem
odorem reddere. odorari exactius, quæcun-
que densum, aut mistum attrahunt. de empha-
si communis opinio quædam est. multi-n.
sic ferè existimant ipsum uidere fieri propter
emphasin factam in oculis. hoc adhuc non
nouerunt, quòd nequé possibile est magnitu-

dines, qua uidentur esse proportionatas empha-
si, neque possibile est multa simul, et contra-
ria repræsentari; adhuc motus, et interual-
lum, et magnitudo, uisibilia quidem sunt, neq;
faciunt emphasin, et nonnullis animalium ni-
hil apparet, quemadmodum illis, qui sunt du-
ris, et humidis oculis. præterea et multa
inanimata ob hoc uiderent. etenim in aqua,
et ære, et in multis alijs est refractio. et
ipse dicit repræsentari colores inter se, et po-
tentem potius in imbecillum. quare oporteret
quidem utrunque uidere, et magis nigrum,
et omninó imbecilliorem. quare etiam facit
uisum concolorem nocti, lumenq; facit cau-
sam emphasis. Atqui primùm quidem non ui-
demus ipsum lumen propter ullam emphasim;
deindé non minus nigra, quàm alba habent
lumen. præterea in alijs semper uidemus fac-
tam

tam esse emphasim in splendidius, et purius,
quemadmodum et ipse dicit membranas oculo-
rum esse tenues, et conspicuas, et multi
ponunt ipsum uisum magis participare co-
lorem ignis. Anaxagoras igitur quemadmo-
dum dictum est communem quandam hanc,
et antiquam opinionem refert. praeter-
quamquòd dicit proprium in omnibus sensi-
bus, et præcipuè in uisu, sed non declarat
sensus maximè corporeos. Clidemus solus
dixit de uisu. sentire enim dicit solùm
oculis, quoniam sunt perlucidi; auribus,
quoniam incidens aer mouet; naribus, quia
attrahitur aer, hanc enim admisceri; lin-
gua, sapores, calidum, et frigidum, quia
sit fungosa. alio corpore præter hæc nihil.
et horum ipsorum calidum, et humida, et
contraria. solumq; ipsas aures nihil iudica-

re, sed ad mentem transmittere, non quemadmodum Anaxagoras facit mentem omnium principium. Diogenes adaptat sensus aeri, quemadmodum ipsum uinere, et intelligere. quare uidetur persimilitudinem facere; neque enim esse idem facere, et pati, nisi omnia sint ex uno. olfactum tribuit aeri, qui cerebrum ambit; tunc enim esse densum, et proportionatum auditui; atq; solum tenuissimum, qui est circa cerebrum, et uenulas. in quibus autem situs est improportionatus, non miscetur olfactu: quodsi quis esset temperie moderatus, manifestum, quod est sensitiuus et auditum fieri, quando aer in auribus motus ab extrinseco ad cerebrum transmittitur. uisumque uidere rem representatam ad pupillam, et hanc missam cum aere interno facere sensum. signum est, si enim fiat inflammatio uenarum, non miscetur, quia non uidet emphasis simili modo intus existente; gustum lingua propter rarum, et molle. de tactu nihil determinauit, neque quomodo, neque quorum sit. sed postea conatur dicere, quamobrem contingit sensus exactiores esse, et qualium. olfactum igitur acutissimum esse, quando minimus est aer in cerebro; minime enim misceri; adhaec si attrahat per longius, et angustius, ita enim citius iudicari. quare non nulla animalia olfactu ualentiora hominibus esse. uerum tamen cum olfactus est proportionatus ipsi aeri, secundum temperiem hominem maxime sentire; et eos celerrime audire, quorum uenae sunt tenues, quemadmodum

quod est perforatum in sensu, et auditu, est breue, et tenue, et rectum; adhæc habet aurem rectum, et magnum: aerem enim motum in aures, intus mouere; quòd si aer motus bene fluat, sonum esse, et crepitum minus articulatum, quia non uenit at ad quietem. uidere acutissimè, quæcunq; que aerem, et uenas tenues habent, quemadmodum in alijs. et ijs, quæcunq; lucidissimos oculos habent, maximè repræsentari colorem contrarium. quare nigros oculos interdiù, et potius lucida uidere, contrarios autem noctû. et quoniam sentitur aer internus, signum esse, quòd mens sit parua pars. quare sæpe numerò alia contemplantes, neque uidemus, neque audimus, et hoc modo uoluptatem, dolorem q; fieri

fieri, quandoquidem multus aer cum sanguine misceatur, et leue id faciat, quod est secundum naturam, per uniuersum corpus currens, uoluptatem; et quando præternaturam est, neque misceatur cum adæquato sanguine, quia fiat imbecillior, et densior, dolorem, similiter et teneritatem, et sanitatem, et contraria. linguam esse uoluptatis maximè iudicem, mollissimam enim esse, et raram, omnesque uenas ipsam ascendere. quare in lingua plura esse signa ægrotantibus, et colores aliorum animalium significare. quot enim, et qualia sunt, totidem repræsentari. ob hoc igitur sensum quoq; fieri hoc modo. intelligere autem, quem-

admodum dictum est, aere puro, et sicco; uaporem enim impedire mentem. quare et in somnis, et in ebrietatibus, et in plenitudinibus minus intelligere. praterea Sumiditas tollit mentem, signum est, quoniam alia animalia peiorem habent discursum; à terra enim aeren perflare, et offerri Sumidius nutrimentum; aues respirare purum, et similem piscibus naturam habere; spiritum enim non transire duram carnem, nec per uniuersas corporis partes, sed circa uentrem quiescere. quare nutrimentum celeriter concoquere, et ipsum esse spumam. praterea os quoq; atquè linguam à nutrimento adiuuari, non enim posse simul coire; et plantas non suscipere aerem, quoniam non sint cauæ, et

et tollit omninò ipsum intelligere, eandem causam esse puerorum, qui sunt insipientes; multum enim Sumidi habent, ut non possit per totum corpus transire, sed epcernitur per partes, quæ sunt circa pectus. quare et tardos esse, et insipientes: iracundos, et omninò celeres esse ualdè mutabiles, quia multus aer à paruis rebus noueatur. quod et obliuionis causam esse; neque enim posse etiam intelligere, quia non eat per totum corpus. signum est, nam et ijs, qui recordantur, dubitationem esse circa pectus. quando autem inuenerint, dolorem diffundi, et lenari. Diogenes igitur uolens omnia tribuere aeri, multa ommittit ad faciendam fidem: neque enim facit proprium usus

BIBLIOTHEQUE NATIONALE CENTRALE MSS

sensum, neque prudentiam. aequaliter enim ubique, et omnibus inesse contingit suiusmodi aerem, et temperiem, et proportionem. sin minus hoc idem dicendum: praeterea et in ipsis differentibus sensibus euenire, quod auditus iudicet ea, quae ad uisum spectant, et quod nos olfactu quaedam, aliud aliquod animal, diuersa, quia non habeant eandem temperiem. quare olfactum iudicare per respirationem, quae est circa thoracem; contingit enim interdum huic esse proportionatum. fatuum autem, quod uideamus aeue intrinseco ea, quae sunt circa ui; sum. sed reprehendit quodammodo eos, qui faciunt emphasim, ipse tamen non reddit causam. deinde sentire, et laetari, et

et intelligere respirationi, et missioni sanguinis assignat. multa autem animalia partim exanguia sunt, partim omnino non respirant. neque oportet respirationem transire per uniuersum corpus, sed per quasdam partes; namque hoc fit per paruum; et ob hoc nihil prohibet recordari, et sapere omnia. praeterea si hoc contingat, non est in promptu: non enim mens est in omnibus partibus, quemadmodum in cruribus, et pedibus, sed in determinatis, et quibus iuuenes recordantur, et intelligunt. fatuum est, homines differre, quia purius respirent, sed non secundum naturam, quemadmodum animata purius, quam inanimata. oportebat enim eum, qui locum mutaret, statim differre ip;

so intelligere, et homines in sublimi loco esse manifestiores, et omnium maximè aues. non enim tantùm differt natura carnis, quantùm aeris puritas. præterea plantas non sapere, quia non habeant uacuum, et quibus hæc insunt, omnia sapere. Diogenes igitur quemadmodum diximus, uolens multa eorum, quæ sunt rationi consona, ad principium referre, aberrat. Democritus de sensu non determinat, utrùm sit à contrario, aut à simili. etenim si facit alteratum ipsum sentire, uidetur esse à contrario, non enim simile à simili alteratur. rursus sentire, et simpliciter alterari est pati. et dicit esse impossibile hæc non pati, sed cum altera sint facere

facere non altera, nisi idem aliquod patiatur à simili. quare de his utroque modo est existimandum; et de unoquoque horum iam sigillatim dicere conatur. uidere igitur facit ꝑemphasim, et hanc priuatim declarat. dicit enim emphasim non statim fieri in pupilla, sed aerem, qui est inter uisum, et rem uisam collectum à re uisa, et uidente imprimi. semper enim omninò fieri aliquem effluxum. deindè cum hic firmus est, et uario colore, repræsentari oculis humidis, densum non admitti, sed humidum pertransire. quare humidos oculos duris esse meliores ad uidendum. siquidem tunica exterior sit tanquàm tenuissima, et densissima, et quæ sunt in-

tus esse tanquàm maximè spongiosa, et uacua densa, et robusta carne, præterea uapore crasso, et pingui, et uenas in oculis rubras, et sanguine carentes non inhonesto habitu contineri cum rebus formatis, unumquemque enim maximè cognoscere ea, quæ sunt eiusdem generis. primùm igitur absurda est impressio in aere. oportet enim habere densitatem, et densum non comminui, quemadmodum et ipse dicit adiungens talem esse impressionem, quemadmodum si abstergas durum, deindè magis imprimi in aqua possibile est. et quantò densius est, minus uideri. atquî magis conuenit omninò facere effluxum formæ. quemadmodum in ijs, quæ

quæ de formis dicit. sed cur facit impressionem? hæc enim ipsa re repræsentat simulachra. si uerò hoc contingat, et aer irruens, atquè densatus tanquàm cera imprimatur, quomodo, et quæ fit emphasis? manifestum enim, quòd in facie erit simulachrum rei uisæ, quemadmodum in alijs. tali autem existente impossibile est per contrarietatem fieri emphasin non conuersa forma. et hoc à quo erit, et quomodo ostendendum. non enim possibile est alio modo uisum fieri. deindè quando uidentur plura eodem modo, quomodò in eodem aere erunt plures formæ? et rursus quomodo contingit uidere interse. formas enim necesse est commisceri sibi ipsis utraque existente aduersa facie, ex quibus constat, quare hoc est quærendum. adhæc

propter quid unusquisq; ipse se ipsum non
uidet. nam quemadmodum formæ proxi-
mæ oculis repræsentarentur ab ipsa,
præsertim si statim ponantur aduersa fa-
cie, et eadem passio contingat, quemad-
modum in resonantia; dicit enim refle-
ti in ipsum loquentem. et est omninò ab-
surda aeris impressio. necesse enim est,
ex quibus dicit, omnia corpora imprimi,
et multa immutare. quod et uisui esset
impedimento, et alio modo non est ratio-
ni consonum. præterea siquidem im-
pressio permanet, non manifesta, nec
propinqua corpora uidere oportebat,
et si non noctú, saltem interdiú. atquí
non minus conuenit noctú permanere
formas, quanto magis aer est anima-
tus; et fortassé sol facit emphasim, tan-
quám afferens lumen ad uisum, quem-
admodum

admodum uidetur nelle dicere. et est
absurdum dimittere á se ipso, et repræ-
sentari aerem densum, quemadmodum di-
cit. nam aptus natus est magis se-
cernere. absurdum et hoc non solum
oculis, sed etiam alio corpore sensum
transmutare. dicit enim ob hoc inanita-
tem, et humiditatem oculum habere opor-
tere, ut magis suscipiat, et alij corpori
retribuat. irrationale autem est dicere,
maximé uidere, quæ sunt eiusdem ge-
neris, et emphasim facere. et mutanti-
bus colorem corporis non repræsentari
simili modo. magnitudines autem, et in-
terualla quomodo uidentur? quamuis
aggressus sit dicere, quomodò assignet.
de uisu igitur priuatim uolens nonnul-

la dicere, magis eponit quæstionem. au-
ditum simili modo facit, ut alij. namq;
aer incidens in uacuum facit notum.
nisi quòd per totum corpus simili mo-
do ingreditur, maximè tamen, et plu-
rimum per aures, quoniam per plurimum
uacuum transit, et minimè permanet.
quare secundum aliud corpus non sen-
tire, sed Soc solùm. quando intus fi-
at regentè dissipari; uocem enim esse
cum densatus est aer, et ui ingreditur.
quemadmodum igitur extrà facit sensum per
tactum, ita et intus. et acutissimè
audire, si tunica exterior fuerit den-
sa, uenula autem inanes, et maximè
Sumida, et uena perforata, sed secun-
dum aliud corpus caput, et aures, adSuc

ossa

ossa densa, cerebrum temperatum, et quod
est circa ipsum siccissimum. namquè uni-
uersim ita inire uocem, quasi ingredi-
atur per multum uacuum, et Sumidum,
et benè perforatum, et celeriter per cor-
pus dissipari, nequè extra elabi. manifes-
tè igitur determinare, simili modo se Sabet
in alijs. absurdum est, sonum ingredi per
totum corpus, et quando ingressus fuerit
per auditum diffundi per uniuersum, tan-
quàm non auditui, sed toti corpori sensus
adsit. si enim compatitur aliquid auditui,
ob Soc etiam sentire. Soc enim facit simili
modo non solùm per omnes sensus, sed etia-
m per animam. de uisu, et auditu ita
assignat. alios sensus facit similes ferè
pluribus. de ipso intelligere tantùm dixit,

quòd sit anima proportionabiliter se habente post notum. et si quis fiat admodùm calidus, aut frigidus, transmutarè dicit. quare et antiquos hoc rectè putare, quoniam aliud est intelligere. quamobrem manifestum est, quòd facit ipsum intelligere secundum temperiem corporis. quod fortassé et secundum rationem est illi, qui putat animam esse corpus. opiniones igitur de sensu, et intellectu hæc, et tot ferè sunt ex ijs, quæ prius allatæ fuerunt. de sensibilibus quæ natura, et quale unumquodq; est, alij omittunt dicere. eorum enim quæ pertinent ad tactum, de graui, et leui, et calido, et frigido loquuntur. quemadmodum quòd rarum quidem, et tenue, calidum, densum autem, et crassum sit frigidum.

quemadmodum Anaxagoras distinguit aerem, et æthera, graue, et leue ipsis ferè, quæ sursum, et quæ deorsum fiunt lationibus. ad hæc de uoce, quòd sit motus aeris, et de olfactu, quòd effluxus. Empedocles de coloribus dicit, quòd album quidem sit ignis, nigrum uerò, aqua. alij solùm, quòd album, et nigrum sint principia, et alij fiant ex horum mistione. etenim Anaxagoras simpliciter dixit de ipsis. Democritus, et Plato plurimùm tetigerunt. de unoquoque enim determinant, nisi quòd hic non priuat naturam sensibilibus. Democritus facit omnes passiones sensus. utrò igitur modo sebabeat, non erit sermo uerus. quantùm uerò uterque tetigit, et quomodò determinauit, conati sumus assignare primùm dicentes omnem utriusq; rationem. Democritus

igitur non dicit simili modo de omnibus, sed hæc quidem magnitudinibus, hæc uero figuris, et hæc ordine, et situ determinat. Plato ferè omnia ad passiones, et sensum refert. quare uidetur uterque contrario modo dicere ipsi hypothesi. nam sic quidem faciens passiones sensus secundum se ipsas naturam determinat. ille uerò substantias secundum se faciens refert ad passiones sensus. graue igitur, et leue democritus magnitudine distinguit. sine enim dijudicauit unumquodque, et si secundum naturam se habeat, differt in magnitudine. uerum enimuerò in mihi quidem esse leuius id, quod habet plus uacui, grauius autem, quod minus. et in quibusdam ita dixit, at in alijs leue esse dicit simpliciter tenue.

tenue. simili modo de duro, atque molli. durum enim esse densum, molle autem rarum; et quod magis, et minus, et naxi; nè secundum rationem. anteire uerò durum, et molle, graue, et leue ordine, et interclusione verum inanium. quare durius quidem esse ferrum, plumbum uerò grauius. ferrum enim irregulariter componi, et habere passim uacuum; nam secundum magnas, et quasdam partes est densum, et simpliciter plus uacui habere, plumbum uerò habens minus uacui, componi æqualiter secundum totum simili modo. quare grauius quidem esse, sed mollius ipso ferro. de graui, et leui, duro, et molli in his determinat, et nullam aliorum sensibilium esse secundum naturam. sed

omnes passiones esse ipsius sensus alterati, ex quo dicit phantasiam fieri. neque enim frigidum, et calidum esse secundum naturam, sed quod mutat figuram, facere alterationem nostram, quod enim densum est, hoc unicuiq; resistere. et quod in longitudinem est extensum, esse insensibile. quòd non sint secundum naturam, signum est, quia non videantur eadem omnibus animalibus, sed quod est nobis dulce, hocalis is amarum, alijs acutum, alijs acve, alis is acerbum, et alia simili modo. praterea nos ipsos mutare iudicio et passiones, et aetates; num manifestum, quòd dispositio est causa phantasiæ? simpliciter igitur desensibilibus ita existimare oportere. uerum enimuerò hæc etiam, quemadmodum et alia figuris exponit; praterquàmquod

non

non omnium formas assignat, sed potius saporum, et colorum. et inter hos exactius determinat ea, quæ ad sapores pertinent, referens imaginationem ad hominem, nam qui aparet oculo acutus, hunc esse angulosum, flexuosum, paruum, et tenuem. namque propter acrimoniam celeriter, et omninò perlabi, illum uerò qui asper est, et angulosus, congregare, et conuellere. quare gignentia uacuitates calefacere corpus; quod enim habet plurimum uacui maxime calefieri. et saporem dulcem componi ex rotundis figuris, sed non admodùm paruis. quare non omninò diffundere oculum, neque uiolenter, neque citò omnia perficere, sed alios turbare, quoniam permeans alia confundit, et humectat. humectata, et secundum ordinem nota confluere ad uentrem, quia hic sit maximè peruius. ob hoc esse plurimum uacuum; acerbum esse ex magnis figuris multis angulis constantibus, et rotunditatem minimè habentibus. ha

enim cum uenerint in corpora obcæcata, illi-
nire uenulas, et prohibere confluxum; qua-
re et uentres sistere; et amarum constare
re ex paruis, leuibus, et rotundis, sed esse
in quibusdam inæqualibus figuris, quare neq;
esse ualdè flexibile. uult autem figuras ina-
quales appellare, quæ habent inter se uicis-
situdinem, et coniunctionem; et saporem sal-
sum ex magnis, quoniam salsus sapor per
summa fluitat, parua enim percussa ab am-
bientibus miscentur cum toto, sed non ex ro-
tundis constare, salsum enim esse asperum,
rotundum uerò leuem, nec figuram inæqua-
lem esse, quia non oblinatur, sed friabilem
esse; acrem esse paruum, rotundum, et angu-
losum, sed non habere figuram inæqualem;
acrem enim ipsa asperitate facere figuram
multos angulos habentem, et calefacere, atq;
diffundere. propter paruitatem uerò esse
rotun-

rotundum, et angulosum. huiusmodi enim
saporem esse angulosum. similiter alias
uniuscuiusque facultates assignat, reducens
ad figuras; et omnium figurarum nullam
esse integram, et immistam alijs, sed in
unaquaq; multas esse, et eandem habere
leuitatem, asperitatem, rotunditatem, acuti-
em, et reliqua. cui autem plurimùm
insit, hoc maximè resistere et sensui, et
potentiæ. præterea non parùm differre, ad
qualem habitum peruenerit, hoc enim secun-
dum idem habere contraria, et interdùm
contraria facere eandem passionem. de sa-
poribus quidem ita determinauit. uidetur
absurdum, primùm non omnium simili
modo causas assignare, sed aere, et leue,
et molle, et durum, magnitudini, et duritiei,
raro, et denso. calidum autem, et frigidum,

et alia figuris. deindé facit secundum se naturas gravis, et levis, duri, et mollis. etenim magnitudo, et paruitas, densum, et rarum non sunt ad alterum, sed calida, et frigida, et alia sunt ad sensum, et hæc sæpenumerò dicit, quoniam saporis figura est instar sphæræ, omninò est maximè contrarium, et commune in omnibus, simul facere passiones sensus, et simul determinare figuris, idemque uideri alijs amarum, alijs dulce, et alijs eodem modo; nequè enim figuram passionem esse, nequè eandem esse alijs rotundam, alijs rectam uideri. et fortassé necesse est nequè secundum nostros habitus mutare formas, si quidem quod alijs dulce, alijs sit amarum. et simpliciter figura quidem per se est, sed dulce, et omninò sensibile ad aliud, quemadmodum et in alijs dicit.

simpliciter idem omnibus dignum uideri, qui hæc sentiunt, horum ueritatem redarguere. et hæc prius dicta uideri similia his inregulariter dispositis; et rursus nihil magis alterum altero ueritatem participare. decet enim, quod ipsum melius sit magis secundum naturam peiore, et non ægrotans ægrotante. præterea si non est natura sensibilium, propterea quòd non omnibus eadem uideatur, manifestum, quoniam non est eadem natura animalium, et aliorum corporum; nequè enim de his habent eandem opinionem. atquî si idem non fit omnibus dulce, et amarum, attamen natura amari, et dulcis eadem uidetur omnibus, quod et ipse attestari uidetur, quoniam quod nobis amarum, alijs esset dulce, et acerbum, nisi determinata sit aliqua na-

tura ipsorum. praterea manifestius facit, in quibus dicit fieri quidem unumquodque, et esse secundum ueritatem, et proprie in paruo habere officium prudentia. quare ob hoc uidetur dicere contrarium horum, quia non facit naturam quandam sensibilium. ad hec, quod et prius dictum est, quando assignat figuram substantie, quemadmodum et aliarum rerum, negat naturam esse, aut enim nullius omnino, aut horum erit manente eadem causa. prater rea calidum, et frigidum, que quidem principia constituit, conuenit habere aliquam naturam, et si hec, etiam alia. nunc duri, et mollis, grauis, et leuis essentiam ponit, quod non minus uisum est à nobis dici, sed neque calidi, neque frigidi, nec

nec ullius aliorum. atqui cum graue, et leue determinat magnitudinibus, necesse est omnia simplicia eundem impetum lationis habere. quare erit una quedam materia, et eadem natura. sed hec quidem uidentur consequi facientes omnino ipsum sapere secundum alterationem, que est antiquissima opinio. antiqui enim omnes, et poete, et sapientes assignant ipsum sapere secundum dispositionem. unicuique uero saporum tribuunt figuram, que assimiletur passionibus eorum secundum potentiam. quod non solum ex illis, sed etiam ex organis sensuum contingere oportebat, presertim si sunt passiones horum, non enim omne, quod est rotundum, nec alia figura eandem potentiam ha-

bent. quare id, quod ponitur inferius, oportebat determinare, utrùm ex simili, aut ex contrario, aut ex ambobus sit, et quomodò fiat sensuum alteratio. ad hæc simili modo in omnibus assignare oportebat ea, quæ tactu sentiuntur, et non ea solùm, quæ ad gustum pertinent. sed si hæc differentiam aliquam habeant secundum sapores, hanc oportebat distinguere, et si prætermissum est, possibile est simili modo dicere. et colores simplices dicit esse quatuor, album enim leuem esse, qui non asper, nec inæqualis est, neque obumbrat, omnem huiusmodi esse splendidum. quare et laxa foramina, et perlucida esse conspicua.

alborum

alborum igitur dura ex huiusmodi figuris componi, quemadmodum conchilium crusta interna. ita enim friabilia, et mollia esse, non umbratilia, sed pura, et meatuum rectitudinem habentia. ex rotundis quidem, sed obliquis situ inter se, et has duas coniugationes totum ordinem habere maximè similem. cumque talia sint, friabilia quidem esse, quoniam secundum parum est coniugatio, mollia uerò, quoniam similimodo constituuntur, non umbratilia, quoniam sunt integra, et lata, et sunt magis alba inter se, quia figuræ dictæ exactiores, et magis immistæ sint, et potius habeant ordinem, et situm dictum. Album igitur esse ex talibus figuris, nigrum ex contrarijs asperis, inæqualibus, et dissimilibus figu-

ris. ita enim obumbrare, et non esse meatus rectos, nec facilè pervios. præterea effluxus esse tardos, et turbidos; differre enim effluxum, quia qualis est secundum phantasiam, talem fieri propter diversam aeris interclusionem. rubrum esse ex ijs, ex quibus est calidum, præterquàm ex maioribus. si enim mistiones sint maiores similibus existentibus figuris, magis rubrum esse; signum est, quoniam rubrum ex talibus constat; nos enim calefactos erubescere, aliaquè ignita, quousquè habeant ipsum igneum; et magis rubra esse, quæ ex magnis figuris constant, quemadmodum flamma, et carbo viridium lignorum, vel aridorum, et ferrum, et alia, quæ aduruntur; esse enim maximè conspicua, quæ plurimum, et tenuissimum ignem habent, et magis rubra ea, quæ crassiorem, et minorem. ob hoc magis rubra esse minus ca-

lida

lida. calidum enim tenue esse, et viride ex duro, et vacuo constare utrisque magnis secundum situm, et ordinem ipsorum. simplices igitur colores his uti figuris; et unumquemq; puriorem esse, quanto fuerit ex magis immistis. Alij sunt secundum horum mistionem, quemadmodum hic aureus est, et hic aëneus, et omnis talis color ex albo est, et rubro. lucidum enim est ex albo, et rubro; nam lucidum constat ex albo, et subrubrum ex calido. rubrum enim mistione albi ad inania trabi. et si additum sit his viride, fieri optimum colorem, sed oportet mistiones viridis esse parvas; non enim possibile est esse magnas albo, et rubro sic compactis. differentes autem esse colores, eò quòd accipiatur plus, et minus, et purpureum ex albo, nigro, rubroq; constare, habentem plurimam partem rubri, paruam nigri, et mediam albi. quare

uideri suaue secundum sensum. quoniam igitur nigrum, et rubrum inest ipsi, manifestum esse uisui. quare splendidum, et pellucidum significare album, quia hæc faciunt album. isatidem esse ex ualdè nigro, et uiridi, sed maiorem nigri partem habere; porraceum ex purpureo, et isatide, aut ex uiridi, et purpureo, talem enim diuinum esse, et participare lucido, cæruleum ex isatide, et igneo, et ex figuris rotundis, ac sagittæ speciem referentibus, uelut splendor ins est nigro; nuceum ex uiridi, et cæruleo, et si uiride mistum sit, fieri flammeum; non umbratile enim, sed nigrum corpus habens prohiberi. et rubrum cum albo æqualiter mistum facere uidem, sincerum, et non nigrum. quare plantas primùm esse uirides, antequàm calefiant, et diffundantur, et multitudine quidem eum coloribus tantùm immistæ sunt, esse quoquè

infinitos

infinitos sapores secundum mistiones. si quis hæc quidem auferat, hæc uerò adijciat, et his quidem minus misceat, his uerò magis, nihil erit simile alterum alterius. primùm igitur assignare plura principia, habet aliquam dubitationem. alij enim album, et nigrum assignant, tanquàm hi sint soli simpliciter. deindè non omnibus albis facient unam formam, sed duris, et friabilibus alteram; non enim decet aliam causam esse differentibus secundum tactum; præterea neque figuram esse causam lationis, sed potius situm. contingit enim et rotunda, et simpliciter omnia obumbrare se ipsa. signum est, ipse enim hoc argumentum affert, lenia quæcunque uideri nigra. talia enim uidentur habere ipsum cohærentem, et ordinem, quemadmodum nigrum. rursus quæcunque aspera alba esse; ex magnis enim hæc constare, et connexiones non esse

rotundas, sed coniungi scalarum instar, et for-
mas figurarum misceri, quemadmodum ascen-
sus, et corpora se habent ante muros. tale
enim esse umbratile, et non prohiberi splen-
dido. Adhaec quomodo dicit album quoquun-
dam fieri nigrum, si ita positum sit, ut obum-
bret? et omnino uidetur dicere potius natu-
ram transparentis, et lucidi, quàm albi, hoc
enim esse perspicuum, nec mutare meatus
transparentis, sed aliquantulùm ipsum diaphā-
num esse album. praterea hoc quidem meatus
rectos habere, sed mutare meatus nigrorum.
quoniam existimat subire naturam per effluxum,
et emphasim factam in oculo; et si hoc est, quid
differet ponere similes interse, uel permutare? qui
uero ponunt effluxum, facile est putare illos
à uacuo liberari. quare huius causa dicenda
est.

est. uidentur enim ex lumine, aut ex aliquo
alio facere album. quare et crassitudinem
aeris esse in causa, ut uideatur nigrum.
praterea non potest facile intelligi, quod ni-
grum ponat. umbra enim est nigrum quoddam,
et obumbratio albi; quare album primùm esse
secundùm naturam, et simul est causa non so-
lùm obumbrationis, sed etiam crassitiei aeris,
et ingredientis effluxus, et perturbationis ocu-
li; nec declarat, utrùm haec contingant prop-
ter ipsum non perspicuum, aut aliter fiant, et
quali, uel nigro. et absurdum est non assignare
formam uiridium, sed solùm facere ex duro, et
uacuo, haec enim esse omnium communia,
et erunt ex quibuscunque figuris. oportet
autem quemadmodum et alijs proprium quiddam
facere, si quidem nigrum contrariam rubro for-

mam habet, quemadmodum albo. si uerò non est contrarium, hoc quispiam mirabitur, quoniam non facit contraria principia. uideretur enim in omnibus. ita maximè oportebat hoc exactè discutere, quales sint simplices colores; et quamobrem si quidem compositi sint, si uerò incompositi; plurimùm enim dubitatur circa principia, sed hoc fortassé difficile. quoniam si quis posset simplices sapores assignare, melius sic diceret. de odfactu determinando dixit solùm, quòd tenue effluens à grauibus odorem facit; à quo autem patiatur id, quod secundum naturam se habet, non addidit, quod fortassé erat potissimùm.

Democritus igitur sic non nulla prætermittit. Plato calidum dicit esse, quod uelocissimè discernit angulos. et frigidum, quando per humiditatem minora excernuntur, et repellit maiora ambitu, cum ingredi non possint; nam pugna tremoris, et crassitudini frigoris nomen esse, durum, cui cauo cedit, molle, quod carni cedit, et interse simili modo. cedere enim illud, quod habet parvum fundamentum, graue, et leue non oportere ipso sursum, et deorsum determinare; non enim esse talium naturam, sed leue quidem esse, quod facilé attrahitur ad locum naturam, graue autem, quod difficulter. asperum, et leue prætermittit tanquàm satis manifesta. suaue, et austerum dicit, hoc quidem esse passionem confertim factam in naturam, hoc uerò passionem tristem præter naturam, et uiolenter; at media insensibilia esse conuenit. quare secundum uisum non esse dolorem, nequè uoluptatem ob discretionem, et commistionem. de succis in libris

de aqua dicit quatuor esse aqua species, inter Sumores uinum, succum, oleum, mel. inter passiones terrestrem succum, quia congregat, et condensat succos. asperiora quidem acerba esse, austera minus. quod Sabet uim detergendi meatus, et purgandi, salsum esse. et quod Sabet uehementem uim detergendi poros, ita ut liquefaciat, amarum, qua autem calefaciunt, et sursum feruntur, et discernunt, acria, et qua turbant, acuta. qua dissipant cum Sumiditate ea, qua est in lingua, et sunt constitutiua in naturam, dulcia, et olfactum non Sabere, sed differre tristi, et suaui, atque esse olfactum tenuiorem aqua, aere autem crassiorem. signum est, quoniam obstructi quando attraSunt spiritum sine olfactu, ingreditur; et ideo esse occultum

occultum, quemadmodum uapor, et nebula corporum. uaporem esse transmutationem ex aqua in aerem, nebulam, qua ex aere in aquam; et uocem esse percussionem ab aere cerebri, et sanguinis per aures usque ad animam, acutam, et grauem esse celerem, et tardam. consonare, quando principium tarditatis sit similis fini celeritatis; et colorem esse fulgorem à corporibus partes commensuratas uisui Sabentem. album quidem disgregatiuum, nigrum uero conuretiuum esse, et proportione respondere calidis, et frigidis circa carnem, acerbis, et acribus circa linguam. Lucidum esse aereum, et album. et alij ex his. in quibus sermonibus inquit, quod nullus scivet oportere dicere ea, qua non Sabemus, an sit secundum rationem, uel necesarium.

et si expertis non contingat, nihil absurdum, sed deum posse hoc facere. quæ igitur dixit, et quomodo determinauit, hæc ferè sunt. absurdum est hoc, primùm quidem, quòd non omnia similimodo assignet, neque quæcunque sunt eiusdem generis. determinans enim calidum figura, non similimodo frigidum assignauit. et quòd molle sit cedere, manifestum esse, aqua enim, aer, et ignis sunt mollia, et dicit cedere id esse, quod habet paruum fundamentum; quare ignis erit mollissimus. sed nihil horum uidetur esse, neque omninò molle esse, non quod transmutatur, sed quod in profunditatem cedit sine transmutatione, et est non simpliciter graue, et leue, sed inter terrestria determinauit. ep hic enim graue uidetur difficulter duci ad alienum locum, leue autem facilè. sed ignis, et aer sunt, et

et uidentur leuia, quia feruntur ad propria loca. quare non erit graue, quod habet minus ijs, quæ sunt eiusdem generis, nec leue erit, quod habet plus. ignis enim quanto propinquior fuerit, eò leuior. sed sursum posito igne sermones conueniunt, hic autem nullus. similiter et in terra, sursùm enim citius sentietur, quod maius est. quare non simpliciter terra, et ignis, hæc quidem grauis, ille uerò leuis, sed uterque tendit ad locum. neque simili modo se habet ignis, et terra, sed è contra; hic quidem, quod habet minus ijs, quæ sunt eiusdem generis, leuius esse, ibi uerò, quod plus. hæc omnia concludit, propterea quòd non simpliciter de leui, et graui, sed de terrestri determinat. et saporum naturas nullus exponit, nisi quòd quatuor sint omnes differentiæ, et passiones, quæ ab

ipsis proficiscantur. acerbum enim, aut stipticum significant congregare meatus, et salsum purgare. quæ quidem passio est nostra. similiter et de alijs. et potius quærimus substantiam, et propterquid hæc faciunt, quoniam passiones contemplamur. dubitabit aliquis et de speciebus odorabilium. differunt enim passionibus, et uoluptatibus, quemadmodum sapores; et simul uidetur in omnibus se habere simili modo. et de olfactu ferè fatetur, quòd sit efflupus quidam, et respiratio aeris, sed assimilari uapori, atquè nebulæ. dicere autem hæc non est uerum, nequè enim ipse uidetur facere; nam dicit uaporem ex aqua in aerem, et nebulam ex aere in aquam transmutari. atquî uidetur è contra se habere in

nebula

nebula, quoniam facta nebula cessant aquæ. sed hic sermo deficit. nequè enim communiter inest omnibus animalibus, nec uolens causam dicit. præterea non sonum, et uocem, sed nostrum sensum determinare uidetur. et de coloribus ferè simili modo, ac empedocles dicit. habere enim partes proportionatas uisui est congruere poris. absurdum est assignare hunc solum sensum. præterea colorem simpliciter dicere fulgorem esse. album enim habet aliquam similitudinem cum eo, et nigrum contrarium uidetur, et tollere aliorum mistionem, non debet omninò assignare causis, sed indiget aliqua ratione, et fide.

MSS

Cc. 38 modernamente numerate.

Settembre 1916